

nes sunt excitatae (*Ita Gisborne, ibid.*). 7. Soli igitur tenebrarum patroni, romani videlicet pontifices, ejusmodi societas improbare possunt ac *pestis nomine infamare*, ut *Pius VII. in Brevibus datis die 29. Jun. 1816. ad Arch. Gnesnensem, et die 3. Sept. 1816. ad Archiep. Mohilowensem*, 8. in quo etiam prohibenda precipitur versio Scripturæ sacrae polonica, jussu Gregorii XIII. confecta, quæque approbante Clemente VIII. Craeviæ an. 1599. in vulgus jam prodierat; *Brevia ista ad hanc pestem avertendam sancivit Leo XII. epistola encyclica die 3. Mai. 1824* (1). Ergo.

Resp. ad 1. D. Si zelus iste esset secundum scientiam, atque ex fine deferendi *bonum nuntium* ortus re ipsa esset, *Tr. si contra inconsultus est, ex odio in rom. Ecclesiam profectus, et ex solo fine impediendi fructus quos referunt catholici N.* Talem porro esse spiritum quo institute sunt ejusmodi societas, tales sibi finem eas præstutissime paulo ante luculentem ostendimus. Profecto si zelo illo quem jactant re ipsa flagrarent sodalitia biblica, impense soverent missiones catholicorum qui et ipsi deferunt *bonum nuntium*; cum autem ubique locorum eos exturbare admittantur; cum principes populosque ad ejiciendos catholicos missionarios impellant (2); cum turbas cieant et omnia moliantur ad eorum labores evertendos, evidens est non *boni nuntii* deferendi causa, sed iniquo prorsus animo ac inadvertia illa permoveri (3). Deinde curnam infideles versiones catholicis obtundunt ac detrucent Biblia (4), qui *bonum nuntium* longe melius quam istæ societas neverunt? Ecce a catholica religione eos avertire tanto studio, tantoque molimine, impensis ac laboribus satagunt? Demum, ceteris omissis, sciscitari merito possumus a quoniam suam hanc missionem accepit: « Quomodo prædicabunt, interrogat Apostolus, nisi mittantur? » multo vero minus missionem habuerunt distribuent Bibliorum, cum Christus nunquam medium istud elegerit. Profecto olim et isti sectarii illud audiunt: *Nunquam novi vos... Non mittebam eos et ipsi currebant* (*Matth. VII, 23, col. Jerem. XXIII, 21*).

Ad 2. N. Vidiinus siquidem ab experimento animos infidelium amoveri potius a religione christiana, Bibliorumque lectione graviter offendit. Cum enim Bi-

(1) Ita Wegscheider § 45, not. g.

(2) Hac ratione sese gesserunt in insulis Sandwich, Gambier, etc., seu ubicumque influxum aliquem exercere potuerunt; satis est ad hæc cognoscenda oculos conjicere in singulis prope fasciculis *annalium propagationis fidei*.

(3) Cum ministri nove Angliae satagerint pervertere Hurones et Iroquenses, aliosque silvestres populos ad religionem catholicam conversos, hoc ab illis accepit responsum: « Vos nunquam verbum nobis anquasiastis cum adhuc infideles essemus; nunc autem cum sinus christiani, queritis nos christianismo privare. » Cf. Milner loc. cit. p. 396.

(4) En quomodo scribat Moulinié, minister protestans, in op. cit. *Notice sur les livres apocryphes*, pag. 6. « Les uns, pour atteindre leur but, ont travaillé pendant long-temps à éplucher chaque livre, chaque chapitre, et pour ainsi dire chaque verset, chaque mot, pour voir tout ce qu'il serait possible d'amoindrir pour l'accommorder à leur point de vue, et ils ont ébranlé le christianisme par où ils espéraient l'affermir... L'esprit particulier et exclusif se couvre du manteau du zèle. »

bia nullum religionis integrum sistema offerant, fieri nequit ut rudes et efferauti inde aliquid percipient emolumenti. Attamen anglicani vellent ut illi exinde XXXIX. articulos ecclesiæ anglicanæ eruerent, methodistæ suum *enthusiasmum*, quakeri spiritum interiore, swendeborgiani somnia sua, et ita porro (Cf. Grégo. loc. cit., p. 426). Præterea quomodo isti bibliici suadebunt Tartaris, Iroquensisibus, Indis, etc., librum, quem porrigitur, divinitus esse inspiratum, ita ut ei ille auscultent, concipiantque desiderium ulterioris inquirendæ veritatis, cum nec ipsi huic inspirationi credant?

Ad 3. D. Qui bona fide pecunias erogant, C. qui eas nempe emungunt ad pravos commemoratos fines N. Neque illud dubitem plures certo reperi qui decepti ac circumventi a concionatoribus suis putent obsequium se præstare Deo, atque ex sincero desiderio proximorum suorum saluti propiciandi ad ergandas eleemosynas per moveri sumptusque facientes; plurimi ex insula præsertim plebecula, cuiusmodi sunt opifices, bajuli, famuli, ancillæ, non alium sibi finem præfigunt. Deus benevolentem istorum animum non despiciet. Verum de his nullus hic sermo; loquimur de societatibus primoribus, qui bona illorum voluntate ac optima animi comparatione abutontur, et contra illorum vota congestam pecuniam dilapidant, atque in pravos aut saltē inutiles usus convertunt. Qua de causa interdum ab ipsis protestantibus fures ac latrones appellati sunt (1).

Ad 4. Eadem esto distinctio. Etenim cum non pauci Bibliorum interpretes sint mercatores aut mercatoribus addicti, fieri utique potest, ut inter ipsis nonnulli inveniantur qui bonum sibi finem præstuant. Distributores vero ad victimum sibi comparandum Biblia diffundunt. Ignorantia proinde excusari possunt.

Ad 5. D. Id est, promittunt sibi absque fundamento successum quem neque habuerunt nec habere possunt, C. vera re ipsa spes de fetici exitu affulget N. istorum spes haud absimilis ab illa est qua se decipiunt qui phthisi laborant, dum hac spe freti moriuntur. Si ex successibus quos hactenus biblii obtinuerunt conjicere licet id quod in posterum futurum sit, tuto affirmare haud veremur, nullam unquam fructum eos esse laturos. Verum dicta hæc sint in istorum hypothesi; ceterum doctor Hook documentis ostendit tantum abesse ut societas biblica Londini aut alibi institute, emendationem morum oblineant, ut immo crimina ab institutione societatum septem annorum lapsu fuerint duplicata; ac deinceps usque ad an. 1817. ea triplicata fuisse adductis pariter documentis ostendit episcopus Milner (2). Ex his patet satis longe esse, si nullum omnino fructum ejusmodi societas producerent. Eequos enim fructus nisi fructus mortis ac interitus extitialis protestantismus unquam

(1) Recol. quæ scripsimus in tract. *De vera religion.* loc. cit.

(2) Tabulam progressiyanam confectam ab ipso D. Hook et ex *chronica Londiniensi* exhibet Milner op. cit. pag. 400, not. 1.

protulit, aut proferre aliquando poterit?

Ad 6. D. Permisit scilicet Deus, ut ad tempus ejusmodi societas prosperarentur ad majorem Ecclesiæ suæ gloriam atque triumphum, C. ad patefacendum sibi eas pergratas esse N. Interdum permittit Deus, ut inferorum portæ novum adversus Ecclesiæ suam (nempe catholicam) excident conflictum, ut ostendat potentiam suam in ea regenda tuendaque, dum ad nihil omnes illarum machinationes redigit. Duo sane haud exigui pretii emolumenta in rem catholicam ex societatibus biblicis provenerunt: alterum videlicet, ut ex comparatione inter uberrimos fructus quos romane Ecclesiae apostolatus cunctis destinatis subsidiis quovis tempore, et hac præsertim aetate, superatis tot obstaculis, edidit, et omnimodam sterilitatem sectarum, seu hereticorum omnium in unum conspirantium, discrimen pateficeret ingens quod inter opus Dei inanesque hominum intercedit conatus (1); alterum vero est institutio societatis a *fidei propagatione* nuncupata, quæ paucis abhinc annis inter catholicos orta est, et angusto temporis lapsu copiosissimam protulit messem. In dies ipsa succrescit ac floret sub præsulū auspiciis, præcessum vero romanorum pontificum, qui eam indulgentiarum thesauro ditarunt. Dum hæc floret, societas biblica languescent, ita ut problema jam fuerit a protestantibus ipsis propositum, magisne expedit illas dissolvere (2). Neque vero aliud exitum quispiam de illis sibi polliceri poterat.

Ad 7. D. Id est, fidei assertores, qui nullo aptiori vocabulo poterant ejusmodi societatum indolem designare, Tr. vel C. secus N. Nam cum romani pontifices a Christo ipso custodes ac fidei assertores constituti sint, munere suo functi sunt dum tantæ animorum stragi sese opposuerunt, quod nisi effecissent defuisse muneri proculdubio suo. *Pestis autem nomine juremerito ejusmodi societatum molimina-donata sunt, utpote quæ cedant in animarum perniciem et exitium non secus ac pestilentia in corpora grassatur, iisque interitus assert.* Nec enim sola, ut ita loquar, materialis Bibliorum distributio attendenda est, sed omnia insuper adjuncta spectanda et Biblio- rum adulteratio, quæ detruncata, atque corrupta

(1) Nulla comparatio institui potest inter fructus, seu potius illusiones bibliche societatis, et fructus uberrimos quos quavis aetate tuli Ecclesia catholica. Etenim preter viros sanctitate conspicuos quos oblique efformavit, quot martyres ejus gloria non cumularunt? In imperio Sienensi, in regni Abyssinie, Siam, Tunquin, Cocinæ, etc., vel a postremo seculo plura centena ac millena martyria sive indigenorum, sive Europeorum numerantur. Cf. *Mémoires pour servir à l'hist. eccl. du XVIII. siècle*. Butler, *Vies des saints*, 5 tèx. In sola Japonia ex persecuzione exitata per calvinistas Hollandie, qua et christianismus illuc extinctus est, juxta Berceiel, *Hist. de l'Eglise*, tom. X, 2,000,000 martyris numerantur, et heu! quæ martyria sustinuerunt? absque animi commotione et horrore legi haud possunt, adeo ut nil tale appareat in ipsis persecutoribus Persarum aut Romanorum. Cf. Bartoli, *Storia della Compagnia di Gesù nella Asia*, par. II. *Il Giappone*, lib. III seqq. Quandoam haereticæ pro fide asserenda apud infideles, aut eorum proselytii guttam sanguinem effuderunt? O strenuos milites! Nunc vero isti sunt qui contendunt *bonum nuntium* afferre.

(2) Cf. *Annali della propagaz.*, etc., fasc. LXVII. nov. 1839, p. 600 seq.

porriguntur, et pessimi tractatus qui una cum illis distribuuntur, et finis qui intendit, et effectus qui exinde promant, quæ omnia recensent romani pontifices, dum *pestis nomine* eas societas infamant (1).

Ad 8. N. Hoc enim putidum mendacium est; nusquam id præcipitur a Pio VII. qui solum præcipit Archiepiscopo Gnesnensi. Ut quamprimum mittas, inquit, Biblia, quæ commentarii subjectis edidit polonica lingua Jacobus Wickius, recentemque ipsorum (Bibliorum) editionem, quæ sublatis annotationibus, quæ ex sanctis Ecclesiæ patribus, vel ex doctis catholicisque viris desumptæ erant, in vulgus prodidit, et quid de ea sentias, proponas, ut ita ex ipsorum collatione, ac re mature perpensa, dignoscatur, quinam errores insidiose ibidem obtegantur, et nostrum demum judicium ad rectæ fidei incolumentem pronuntiemus (2). Judicet nunc lector quid de hujusmodi hominibus sentiendum sit, qui per summam impudentiam publica ac solemnia documenta corrumpere eorumque sensum invertire haud verentur, ut rom. pontifices inter se committant. Si talia audent in publicis documentis quæ omnium manu teruntur, quid non auderent dum Biblia vertunt in peregrina idiomata, et in quibus longe facilius fraus furtive obrepere, securius-

(1) Speciminis gratia nonnullos tractus hec subiiciam ex Brevibus Pii VII. et ex Encyclica Leonis XII. Itaque haec habet Pius VII in Brevi ad Ignatium Archiep. Gnesnensem: « Horruimus sane vafernum inventum, quo vel ipsa religiosa fundamenta labefactant, adhibitisque in consilium, pro rei gravitate, venerabilibus fratribus nostris S. R. E. Cardinalibus, quænam pontificia nostra auctoritatibus remedia ad eam pestem, quod fieri possit, curandum defendamus opportuniora futura sint, omni adhibito studio et sollicitudine deliberavimus. » Et in Brevi dato ad Stanislauum Archiepiscopum Mohilowensem. « Magno, inquit, et acerbo dolore confecti sumus, ubi accepimus extiosum consilium haud ita pridem susceptum, quo *sacratissimi Bibliorum libri novis ac præter saluberrimas Ecclesiæ regulas editis interpretationibus risque collide in pravos sensus contortis*, vernacula qualibet lingua passim perulgantur. Namque ab aliqua jam ex perlatissim ad nos hujusmodi versionibus animadvertisimus, eam in puriora doctrinae sanctitatem parari perniciem, ut facile fideles ex his fontibus letale ebiant venenum, ex quibus hauire debuissent aquas sapientia salutari... In id proinde pravas deterri- mas machinationes suas conferre, in more habuerunt haeretici, ut editis vernaculis Bibliis (de quorum tamen varietate, ac discrepantia ipsi se invicem accusant et carant), suos quoque errores sanctiori divini eloqui apparatu obvios per insidas obtruderent. » Leo vero XII. « Non vos latet, VV. FF., scribit, societatem quamdam dicam vulgo *biblicam*, per totum orbem audacter vagari, quæ spretis ss. Patrum traditionibus, et contra notissimum Tridentini concilii decretum, in id collatis viribus, ac modis omnibus intendit, ut in vulgaribus linguis nationum omnium sagra vertantur, vel potius pervertantur Biblia. Ex quo valde pertimescum est, ne sicut in aliquibus iam notis, ita et in ceteris interpretationibus peruersis de *Evangeliō Christi*, *hominis fiat* *Evangeliū*, aut quod pejus est, *diaboli* (s. Hier. in cap. I. ep. ad Galat.)... Ea, VV. FF., quo haec spectat societas, quæ insuper ut impii vota flat, compos nil intentum relinquit. Non enim tantummodo versiones suas typis edere, verum etiam per omnes urbes cursitando in vulgus per se spargere sibi plaudit. Quinimo ut aliquid simplicium aquinos, quæ venditare curat, quæ dono dare insidiosa liberalitate gestit. » His prædecessoribus suis rom. pontificibus se adjectis in daminanda Biblia societate immort. Gregorius XVI. cuius encyclicam refert *Anū de la retig.* fasc. 24. oct. 1840. n. 3350.

(2) Sane ob oculos habeo exemplar hujus versionis polonicae probatum ab apostolica Sede; verum ad singula capita subjiciuntur note; quæ textum explanent. Cf. de hac versione p. Alegambe, *Biblioth. scriptorum Soc. Jesu. Antwerp. 1843*. p. 214. seq.

que obtegi potest? Ast protestantes biblici ejusmodi serupulis non anguntur (1).

CAPUT V. De sacrae Scripturae lectione in lingua vernacula.

Omnibus indiscriminatum fidelibus necessariam sacrae Scripturae lectionem ad salutem esse novatores sec. XVI. antumarunt, qui propterea in linguis vernacularis conversam summo studio eam propagare adnisi sunt (2). Eos secuti sunt janseniani, qui pariter ejusdem lectionis necessitatem praedicarunt, præser-tim vero Quesnellius, cuius propositiones LXXIX. LXXXI. LXXXII. LXXXIII. LXXXIV. LXXXV. damnatae sunt, in quibus vigentem Ecclesiæ improbat disciplinam, perinde ac perniciosem ac noxiom sit, christianum velle a Scripturae lectione retrahere, ac fidelibus Christi os obturare, atque efficiere ut filii lucis quamdam patientur excommunicacionis speciem (*Nomullas ex his inferius dannabimus*). Quesnellii vestigia, ut moris est, instituit synodus Pistoriensis, cuius propositio LXVII. his verbis expressa:

« Doctrina perhibens a lectione sacrarum Scripturarum, nonni veram impotentiam excusare, subjungens ecclesiastico. Ex neutro porro capite talis oritur necessitas.

Jamvero nulla teneri necessitate fideles ad legendas Scripturas sic ostendimus. Si ejusmodi eos urgeat necessitas, ea oriretur aut ex ipsa rei de qua agitur natura, aut ex aliquo præcepto positivo divino vel ecclesiastico. Ex neutro porro capite talis oritur necessitas.

Non exurgit imprimis ex ipsa rei natura: etenim per priora viginti ab orbe condito secula potuerunt homines salutem adipisci absque Scripturarum lectione, cum ille nondum exstant; a Moysi deinde ad Christum usque, absque eadem lectione potuerunt pariter salvati quotquot in ethnieismo ope fidei sibi ex antiqua traditione comparatae, et divina opitulante gratia legem naturalem servaverunt, justeque vixerunt, qui fortasse paci non sunt. Idipsum dicatur de primis fidelibus post Christi adventum toto illo tempore quo nondum scripta N. T. fuerunt exarata. Postquam vero libri sive V. sive N. Testamenti in lucem prodierunt, absque illorum lectione tot potuerunt obtinere salutem, quot rudes et illitterati existenter et existunt, et ex quibus major semper constat generis humani pars, aut in quorum manus hi libri minime pervenerunt. Omissis porro Judæis, de christianis barbaris ac rudibus, qui sine Scripturis fidem tenebant, atque ad ejus normam mores suos componebant, notum est s. Ireneus testimonium quod alibi excrispsimus (2). Absurdum autem est innumeris ejusmodi fidelibus viam precludere salutis hac una de causa, quod nequiverint aut nequeant Scripturas saeras legere. Hoc semper erit argumentum a quo nunquam poterunt adversarii se expedire. Crescit vero ejusdem vis ex iis que paulo post ostendemus, scilicet neque Scripturas ipsas absolute ad fidem atque sa-

(1) Scripserunt etiam de hoc arguento D. Rubichon in op. *De l'action du clergé*, et com. de Maistre, in *Soirées de St-Pétersbourg*, Soir. XI.

(2) His novatoribus jam praieverat hac in sententia Erasmus, cuius articulos damnavit facultas Sorbonica an. 1527, die 17 decemb. In articulo XI, qui est *De traductione sanctorum scripturarum in linguam vulgarem*, excerptæ sunt ex pref. in Matth. et damnatae insequentes prop. 1. « Sacras litteras cupiam in omnes verti linguis. 2. Exclamant indignum facinus, si mulier, vel coriarus loqueratur de sacra litteris. 3. Ne auctore, sacros libros leget agricola, leget faber, leget latomus. 4. Neque Ezechiel prophete, neque Cantici Cantici, aut cujusquam librorum V. T. lectio nullo homini interdico. 5. indecorum, vel potius ridiculum videtur, quod idiotæ et mulierculæ psittaci exemplo psalmos suos et precationem dominicam immurmurent, cum ipsi quod sonant non intelligant. »

(3) Ita inter ceteros stolidus ac furiosus minister Genevensis Dost, quem in superiori hujus tractatus parte, sect. II., cap. 1, in notis, commemoravi, qui cit. opuse *Du pouvoir de St. Pierre dans l'Eglise*, ed. 1855, pag. 58, more suo ita scribit: « Prêtres de Rome! je vous le conseille, continuez de cacher les Ecritures au peuple! Entrez les sociétés qui les propagent! empêchez l'instruction des hommes, et renversez les écoles! Car, vous le voyez vous-mêmes, il suffit de savoir lire la Bible pour ne plus croire à vos plus importantes traditions! »

sacrarum Scripturarum lectionem cunctis promiscue fidelibus haud necessariam ad salutem esse; secundo nunquam Ecclesiam absolute ac indiscriminatum prohibuisse filiis suis sacrorum Bibliorum etiam in lingua vernacula lectionem. Quæ ut obtineamus sit:

PROPOSITIO I. — *Sacrae Scripturae lectio Christi fidelibus indiscriminatum omnibus minime necessaria est ad salutem.*

Ut ex ipsa propositionis enuntiatione liquet, de solidis fidelibus hic loquimur, minime vero de pastoribus Ecclesiæque ministris, quibus onus incumbit alios instruendi, quibus potius dictum est: « Labia sacerdotis custodiunt scientiam, et legem requirent ex ore ejus » (*Malach. II, 7*). Timotheo vero Apostolus inculcat: « Attende exhortationi et doctrinae » (*1 Tim., IV, 13*), ac innumeræ pene ecclesiastice sanctio-nes eam illis injungunt (1).

Jamvero nulla teneri necessitate fideles ad legendas Scripturas sic ostendimus. Si ejusmodi eos urgeat necessitas, ea oriretur aut ex ipsa rei de qua agitur natura, aut ex aliquo præcepto positivo divino vel ecclesiastico. Ex neutro porro capite talis oritur necessitas.

Non exurgit imprimis ex ipsa rei natura: etenim per priora viginti ab orbe condito secula potuerunt homines salutem adipisci absque Scripturarum lectione, cum ille nondum exstant; a Moysi deinde ad Christum usque, absque eadem lectione potuerunt pariter salvati quotquot in ethnieismo ope fidei sibi ex antiqua traditione comparatae, et divina opitulante gratia legem naturalem servaverunt, justeque vixerunt, qui fortasse paci non sunt. Idipsum dicatur de primis fidelibus post Christi adventum toto illo tempore quo nondum scripta N. T. fuerunt exarata. Postquam vero libri sive V. sive N. Testamenti in lucem prodierunt, absque illorum lectione tot potuerunt obtinere salutem, quot rudes et illitterati existenter et existunt, et ex quibus major semper constat generis humani pars, aut in quorum manus hi libri minime pervenerunt. Omissis porro Judæis, de christianis barbaris ac rudibus, qui sine Scripturis fidem tenebant, atque ad ejus normam mores suos componebant, notum est s. Ireneus testimonium quod alibi excrispsimus (2). Absurdum autem est innumeris ejusmodi fidelibus viam precludere salutis hac una de causa, quod nequiverint aut nequeant Scripturas saeras legere. Hoc semper erit argumentum a quo nunquam poterunt adversarii se expedire. Crescit vero ejusdem vis ex iis que paulo post ostendemus, scilicet neque Scripturas ipsas absolute ad fidem atque sa-

(1) Constitutiones et decreta conciliarum sive ecumenicorum sive particularium, incipiendo a conc. Hippoensi an. 395. celebratio usque ad Narbonense celebratum an. 1609, necnon decreta rom. pontificum ab Agapeto an. 550. usque ad Clementem VIII, an. 1396, quibus clericis et monachis sacrae Scripturae lectio præcipitur, exhibet eruditus P. Cherubinus a s. Joseph, carmelita discalceatus, in *Apparatus biblico*, Bruxell. 1704. tom. I. *Dissert procmndi*, quast. III. art. 5. sect. 3, p. 120, seqq.

(2) Ex lib. III. cont. *Hæres*. cap. 4. n. 2. quod etiam iterum inferius dabimus cum sermo erit de Traditione.

ludem necessarias esse. Nam si Scriptura ad fidem salutemque *absolute* necessaria non sunt, quanto minus necessaria erit earumdem lectio? Huc accedit quod si Scripturae lectio omnibus prorsus necessaria esset, ideo foret, quia ad fidem, pietatem, sanctitatemque in animis dignandam, fovendam, promovendamque lectio illa *absolute* requireretur: jamvero in hunc finem Scripturae lectio necessaria minime est, cum fides sit *ex auditu*, foveri autem promoverique possint pietas ac sanctitas tot aliis subsidii quibus fideles abundant, instructionibus videbet, exhortationibus, concessionibus, tot libris asceticis, quibus ad omnimodam sanitatem tuto informantur.

Restat proinde ut necessaria adstruantur Scripturarum lectio alicuius præcepti divini aut ecclesiastici. Nuspianum porro ejusmodi præceptum reperi, ex ipsa liquet adversariorum agendi ratione, qui licet sœpe adeo provocati fuerint ad illud proferendum, hactenus tametsi maxime voluerint, exhibere non potuerunt; quod melius adhuc patet ex difficultatum solutione. Deinde si ejusmodi præceptum alicubi existaret, certe pia antiquitas, ut adversarii loquuntur, illud compriisset: ast tantum abest ut agnoverit, ut vel contrarium omnino supponant Ecclesia patres; atque concilia etiam aperte omnino id excludant. Contrarium quippe supponunt tot illis exhortationibus quibus adnitionebantur fideles inducere ad Scripturae sacrae lectionem, quin unquam præceptum commemorarent aut insinuerint quidem (1). Aperte vero excludunt eorumdem Bibliorum testimoniis. Ex innumeris prope quae adduci possent unum aut alterum selligemus. Tertullianus: « fides tua, inquit, te salvum fecit, non exercitatio Scripturarum. Fides in regula (*Symbolo*) posita est (2). » Quid senserit s. Ireneus paulo ante diximus. S. Augustinus scribit: « Homo fide, spe et charitate subnixus, eaque inconcusse retinens, non indiget Scripturis, nisi ad alios instruendos. Itaque multi per haec tria etiam in solitudine sine codicibus vivunt (3). » Quomodo porro haec aliaque his similia, quia passim in patrum scriptis occurunt, conciliari possent cum aliquo sive divino, sive ecclesiastico præcepto, si hoc re ipsa existaret (4)? Quod vero attinet ad concilia, satis est percurrere eorumdem acta, ut quisque intelligat non semel in lingua vulgari Bibliorum lectionem vetitam fuisse. Ejusmodi sunt inter alia concilium Tolosanum, Narbonense, Caméra-

(1) Patrum tum græcorum tum latinorum, qui exhortationes habent ad lectionem sacrorum Bibliorum, et doctrinæ qui eos secuti sunt duplice pariter copiissimum indicem, adductis etiam singulorum verbis, similiter conficit P. Cherubinus op. et loc. cit. art. 3, sect. II, et III. incipiendo a sec. I, a Clemente nempe Rom. usque ad sec. XVI. inclusive nempe usque ad an. 1397. Hoc ipsum iam præstiterat Jodocus Cœcius, qui re ipsa vere Thesaurum catholicum colligit 24. annorum spatio. Is itaque tom. I, lib. VI, art. XX. euendum catalogum exhibet usque ad an. 1310. Prior tamen auctor copiosior est, magis eruditus, magisque accuratus, quia ipsi facile fuit ex anteriori proficer. In nonnullis tamen, quæ ad severiorum criticam spectant, interdum et ipse habitur.

(2) *De prescript. hæret.* cap. 14. ed. Rig.

(3) *De doctrina christiana* lib. I, cap. 53, n. 43.

(4) Cf. Fontana, *Constitutio UNIGENITUS theologicæ propugnata* tom. III. in propos. LXXXIX. cap. 1, et 2. pag. 584 seqq.

cense, Mechlinense, de quibus inferius agendum nobis erit.

Cum igitur neque ex rei natura, neque ex præcepto aliquo necessitas legendi Scripturas, quam novatores ac jansenistæ obtrudere vellent, quæque omnes indiscriminatum adstringat, habeatur, concludendum est sacrae Scripturae lectionem christifidelibus indiscriminatum omnibus minime esse ad salutem necessariam, prout ostendere nobis assumpsimus.

DIFFICULTATES. Obj. Ex utroque capite exsurgit lectionis Scripturarum necessitas, qua omnes ac singulos obliget christifideles. Sane ipsam rei naturam ejusmodi inducere necessitatem ex multiplici capite patet, ac 1. ex fine quem Deus sibi præstitut in legenda Scriptura hominibus, ut nempe suam eis patet faceret voluntatem; jam vero omnibus ac singulis munus incumbit hanc Dei cognoscendi voluntatem; 2. ex obligatione qua omnes tenebantur Judæi audiendi Moysen atque prophetas ipsos Dei nomine alloquentes, et qua adhuc tenerentur christiani Christum si nobiscum adhuc conversaretur, et apostolos si et ipsi nobis concessionarentur, audiendi; qua obligatio profecto non cessavit, cum et Christi doctrina et Apostolorum prædictio libris sacris consignata sit; 3. ex consolatione quam nobis comparare ex Scripturarum debemus lectione, ut loquitur Apostolus dicens: « Ut per patientiam et consolationem Scripturarum, spem habeamus » (*Rom. xv, 4*); 4. ex persuasione in qua erant Judæi quod in Scripturis vita haberetur eterna, seu medium ad salutem a qua Christus eos minime abduxit, sed potius confirmavit illis verbis: « Scrutamini Scripturas, quia vos putatis in ipsis vitam eternam habere » (*Joan. v, 59*); 5. neque eximuntur ab hac necessitate rudes ac illitterati, quibus idcirco onus incumbit ejus lectioni adesse in templis ubi lingua vernacula ipsis legi debet; aut saltem dicendum cum synodo Pistoriensi eos excusari ex sola impotencia, ut in pluribus aliis accidit. 7. Nec denum suppletur huic necessitatì aut concessionibus, aut libris asceticis, cum in his non præbeatur purum verbum Dei, sed immixtum verbo hominum, nec raro per ineptas quandoque vero etiam contortas ac absurdas Scripturarum expositiones. Ergo.

Resp. N. A. Ad 1. prob. D. Si nulla alia ratio suppetaret cognoscendi voluntatem Dei hominibus patet, factam præter Scripturarum lectionem, C. immediate. Si plures alias rationes præterea suppetant, N. Has porro assignavimus in probationibus.

Ad 2. D. Tenentur homines Christum et Apostolos audire sive immediate, sive mediate, C. immediate. N. Hoc enim absurdum est. Ceterum cum Christus generatim dixerit: « Qui vos audit me audit (*Luc. x, 16*); » et: « Ecce ego vobiscum sum (*docentibus*) omnibus diebus usque ad consummationem seculi » (*Math. xviii, 20*), apertum est, eos omnes Christum et Apostolos audire, qui legitimos Apostolorum successores docentes predicantesque audiunt. Christus enim jugiter vivit in ministris suis ac per eos divina sua missio perennis sit, dicente Apostolo: